Glosa interlinealis apocalipsis

Jaspis fides viridis virorem fidei signat
Saphirus spes similis sereno celo quo percussus radio solis ardentem fulgorem emittit signat
altitudinem spei sanctorum quorum conversatio in celis est quia et a vero sole innovati ardentis eterna quaerunt
et alios querere facit
Calcedonius caritas ignis quasi pollens lucerne intet et fulget sub celo et non in domo sed flamma
caritatis interne que in abscondito bona agit sed cum aliis prodesse iubetur mox apparet quod fulgor habet intus
Smaragdus fortis fidei confessio in adversa nimie ad viriditatem super herbas et frondes in frigore
stiptie invenitur. i. fortis eiusdem fidei in adversa qua frigore significatur confessio quoque tanta per
evangelium mundo innotuit quarta dicitur propter quatuor evangelia
Sardonix humilitas inferius niger in medio candidus superius rubens i. sancti in passione ruber interius
candidi sed sibi per humilitatem despecti quoque per infirmitatem corporis descendit quod quinque sensibus agitur quintus
Sardius gloria martirii sanguinei coloris sextus quia sexta feria xpc crucifixus est
Crisolitus divina sapientia ut aurum fulget scintillasque emittit ardentes i. spiritualiter inter miracula predicatorum
auro enim superna sapientia scintillis exhortatio vel etiam miracula significantur que quia per spiritum sanctum
fit vii° loco ponitur
Berillus est predicantium perfecta operatio que in palliditate caritatis viriditate cum boni operis consumatur
benignitas et in octo beatitudinibus agitatur ideo hic lapis octavum sibi occupat locum activamque vitam signat
Topasius vita contemplativa quanto clarior tanto preciosior bicolor ex auro et etherea claritate
maxime lucens cum solis splendore tangitur superans omnium gemmarum claritates in aspectu suo singulariter
provocans aspicientes quod si polis obscuras si nature relinquis clarior est et nichil est eo carius regibus
inter divitias contemplativa sed quam sancti reges omnibus opum divitiis et gemmis virtutum preferunt et in eam
maxime mentes dirigunt et tanto amplius quanto frequentius divina gratia illustrantur Ex interna
caritate aureus color ex dulcedine complacionis etherens quo attritu seculi sepe vilescit vir
enim potest aliquis sine doloribus agi et tranquilla mente gaudia celi intueri Et sicut in octavo activa
vita sic in nono contemplativa quod est angelorum quorum sunt nove ordines
Crisoprassus premium martirii viridis aureque mixture quidam etiam purpureus cum guttis aureis
et nascitur in india sed eos quia virorem eterne patrie caritate merentur et aliis purpuram martirii
ostendunt et quia exemplum dei sequuntur in india i. prope solis ortum sunt et quia eum regnare expectant
in denario numero sunt et decalogus implebitur per dilectionem que nova fuit igitur in crisoprasso opus
martirii indicatur et premium
Jacinctus doctores cum aere mutatur in sereno perspicuus nubili marcescit indicat doctores ad alta le
vatos sed semper infirmos condescendentes
Ametistus decor celestis regni purpureus mixto colore viole et rose leniter quasdam flammas
fundens purpureus decor celestis regni viola sanctorum verecundia rosa preciosa signat mortem quia
inter adversa sunt in summo quia numero inter se sed ad persecutores flammas caritatis fundunt Signat autem
ametistus celestis regni semper memoriam in animo humilium || Finis deo gratias

Utrum in rebus usu consumptibilibus usus facti vel abusus vel consumptio rei possit a proprietate et dominio
separari vel absque proprietate seu dominio constitui vel haberi Respondeo quod sic quia ex eo quod scriptura divina loquens
de apostolis Matth. xix dicit Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te quod nullo modo potest intelligi quod
reliquerint omnia quantum ad usum quia constat quod apostoli postea usi fuerunt rebus necessariis ad humane
vite sustentationem etiam usu consumptibilibus nec tali usui renuntiare potuerunt unde nec tolli potest v. di.
In principio Et vi. di. Sed hoc ita Ergo intelligitur nostro dicta scriptura quod reliquerunt omnia quantum ad proprietatem
et dominium etiam usu consumptibilia quia qui omnia dicit nichil excipit xix. di. c. Si romanorum Et proprietati et
dominio rerum renuntiari potest quia non a iure naturali sed a iure humano introducta sunt xii. q. i. dilectissimis et viii
di. c. quo iure nec proprietas et dominium sunt necessaria ad humane vite sustentationem unde super illud ad philippenses ultimo Nulla
ecclesia communicavit mecum in ratione dati et accepti nisi vos soli quia thesalonicam semel et bis in usum mihi misistis glossa dicit et
Augustinus preter usum in rebus nichil aliud est querendum et qui amplius querit malum invenit Ex quibus patet quod apostoli in rebus usu
consumptibilibus habuerunt usum absque proprietate et dominio Circa hoc etiam primo ex eo quod apostoli per xpm revocati fuerunt ad statum
innocentie ut testatur sanctus Remigius super illud Matth. x° Nolite possidere aurum nec argentum neque pecuniam dicens omnes dominus in hiis
verbis quod sancti predicatores revocati sunt ad primi hominis dignitatem per quam dominum possedit celestes thesauros ita non concupivit sed mox
ut peccando illa amisit ita desiderare cepit hoc ille Item crisostomus super eodem verbo Nolite possidere ratio dicit Ex
hoc patet quod eos angelos ex hominibus ut ita dicam constituit ab omni eos solvens ab eos vite huius solicitudine Quia autem apostoli et eorum
vita imitantes assumpserunt ipsum statum quantum ad abdicationem proprietatis omnium rerum usu tamen reservato testatur expresse sanctus clemens
papa xii. q. i. c. dilectissimis et dicit sic dilectissimis fratribus et condiscipulis ierosolimis karissimo fratre Jacobo et coepiscopo habitantibus Clemens
episcopus salutem Communis vita est omnibus necessaria fratres et maxime hiis qui deo interprehendunt militare cupiunt et vitam apostolorum eorum quod discipulorum
imitari volunt Communis enim usus omnium que sunt in hoc mundo omnibus esse hominibus debent sed per iniquitatem alius dixit hoc esse suum et alius istud
Et inter mortales facta est divisio demum gratiorum quidam sapientissimus fratres hoc ita esse Communia autem amicorum debere esse omnia Et sicut non potest
dividi aer nec splendor solis ita nec reliqua omnia que communi data sunt ad habendum dividi debere sed habenda esse omnia omnia hoc ibi ratio